



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 52. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. v.  
28.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

**D**omine Iesu Christe gratias tibi ago pro tam insigni Catechismo quem de humilitate habuisti apud tuos discipulos certe illo plus profecisti, quam alijs multis magnificis discursibus & concionibus, quia vidi ego Legatos S. sedis Apostolicae, vidi Principes terrarum, vidi Praelatos, qui in mensa, & alias minoribus se ministrarent. De Pontificibus Rom. pedes hospitium & pauperum lauantibus vox resonuit in terra nostra. Ecce, Domine mihi tantum profecisti. Non vanè in hoc mundo fuisti, in quo talia exempla fundasti.

§.52. *Vos autem estis qui permanistis mecum in temptationibus meis.* v.28.

Habita præclara catechesi, eaque confirmata per exemplum exactissimum, iam suos catechumenos Dominus, tanquam bene percepta doctrina laudat & animat, dicens: *Vos autem estis &c.* quasi diceret, vos à tempore quo vos elegi in Apostolos in omnibus meis laboribus, vigilijs orationibus, peregrinationibus, persecutionibus, iniurijs, blasphemij constantes fuistis, in mea doctrina, fide, spe & charitate. Et nūc quoq; constantes mecum estote in ultimis meis tribulationibus, & luctis usque ad mortem, & videbitis gloriam Domini super vos, gloriam quasi vnigeniti à patre, pleni gratia & veritate post paucos mortis meæ dies. Ingressi ergo mecum stadium passionis, vigorem animæ vestræ excitate, lacertos intendite, quæ docui vos feruare, opere completere, deficere nolite, estote ut luctatores in arena, pugiles in campo.

**D**eus meus & saluator Iesu Christe, debeo hic exclamare super tua prudenter & humanitate, quam exhibuisti in ista cathechesi discipulis tuis. Solent pueri valde excitari laudibus, & animari & gaudere, & amare laudandum magistrum. Ecce ad hoc eriam te demisiisti. Etsi enim discipuli tui, se in proxima contentione de maioratu, ita geslerunt, ut epithetis & sarcasmis iure exciperentur, tu mitis & benignus Catechista, videns quod saltē modeste audirent te, incipis eos laudare conquisita materia, vnde, unde poteras, & laudando eos exhilaras, & exhilarando ad id, vnde se laudari credebant animas. ô prudentem Magistrum! ô cathechistam exactissimum.

§.52. *Et ego dispono vobis sicut dispositus mihi pater regnum.* v.28.

Iam Catechista noster doctissimus laudauit suos catechumenos, pergit igitur ulterius & præmia distribuit promeritis, dicens *Et ego dispono vobis regnum.* quid hoc est, in alijs catechesibus dantur sedulis catechumenis imagines piz, rosaria, agui Dei, medalia, benedicta, libelli piz. *Hic autem audio*